



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VIII. Securitas de homicidio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

VIII. SECVRITAS DE
homicidio.

CVm refedisset inluster vir ille Comes in illo malo publico, ad vniuersorum causas audiendas, vel recta iudicia terminanda , ibique veniens homo aliquis nomine ille repetebat ei , dum diceret eo quod ipse ille hominem suum nomine illum quondam bene ingenuum in via malo ordine ipsum adfallisset, & ipsum ibidem interfecisset, vel occidisset, & rauba sua, caballos, aurum & argentum, & drapalia, exinde tulisset, vel deportasset , vel leudem contra legem ibi burisset; sed ipse ille de præsentia stare videbatur, & hanc causam nullatenus potuit denegare , sed taliter fuit professus, quod faciente inimico ipsum hominem occidisset, vel interfecisset; sed taliter in ipso mal-

lo ei iudicauerunt , vt ipsum hominem , vel ipsam leudem legibus exinde transloluere deberet , quod ita & fecit ; sed postea apud ipsum gravionem , vel apud ipsos bonos homines qui in ipso mallo resedebant epistolam securitatis manu eorum firmatā accipere deberet , quod ita & fecit : vt post hanc diem , nec ipsi illi , nec vllus de heredibus suis , nec vllus in causa ipsorum , & hominis imperfecti quondam , nec vlla opposita persona de præsenti die de ipsa morte illius , nec de ipso homicidio , nec de ipsa leude contra ipsum illum nullam reclamationem , nec nullum impedimentum pontificiū non habeat ad faciendum : & qui hoc facere præsumperit , duplum tantum , quantum ipsa leodeis continet , & partibus cui hæc facta est , vna cum socio fisco coactus multæ componat , & quod repetit vindicare non valcat . B b ij